

EMINENTISSIME, ac REVERENDISSIME
DOMINE ARCHI-EPISCOPE

S. R. I.

PRINCEPS ELECTOR,

DOMINE, AC PRINCEPS
CLEMENTISSIME!



Ejus vastissimum Juris utriusque Campum, in quo per
Discursum Canonico-Civilem de variis fori pra-
sertim mixti Materiis factos progressus demonstrare co-
natus sum, video eminus fastigium ARCHI-EPIS-
COPALIS EMINENTIAE, ac ELECTORALIS
CELSITUDINIS TUAE REVERENDISSIME,
ac CLEMENTISSIME PRINCEPS: & eò profun-
diore respectu veneror, quò sapientius à Tacito annali-

*Libro primo scriptum nemini, quòd sit Majestati major reverentia ex lon-
gino. O cura caelo digna! Sedes in hoc Ecclesiastica, Sacularisque dignitatis
refugio alto: &, quae à Sanctitate summi ROMANI PONTIFICATUS, quae*

à folio Augustissima CÆSAREÆ POTESTATIS: quæ à TUI ARCHI-EPIS-
COPALIS, ELECTORALISQUE PRINCIPATUS CLEMENTIA pro-
cessere jura, provido, in quo Alma Universitatis Trevirensis inclyta TUA Fa-
cultas Juridica jure merito gloriatur, sollicitudinum continuarum intuitu animas,
ut palam ista exaudiantur etiam inter formidandos Bellona circumsonantis motus
quando, quod à Diocletiano dictum refert Vopiscus in Aureliano Capite quadrage-
simo tertio, docet veritas: nihil esse difficilius, quàm benè imperare. Scilicet,
ut à Sole in hoc Orbe subjecto lux: sic à FRANCISCO GEORGIO PRIN-
CIPE bene imperante lumen Jurisprudentia in animis subditorum, alternis idè
(mirabile, sed verum dictu!) alternis inter se Judiciis contendentium: DOMI-
NUM salutent TE: an PATREM? REVERENDISSIME ARCHI-PRÆ-
SUL: Et me fortunatum, quem Clementissimi hujus luminis radius aliquis
tetigit adhuc procul distantem! Gradu accedere proximior si liceat, non aliud
cupiam, quàm, ut, dum in SACRATISSIMAS MANUS TUAS Discursum
istum Canonico-Civilem sub gloriosissimi TUI NOMINIS auspiciatissimo Præ-
sidio cæptum, formatumque sisto supplex, TUÆ specialis GRATIÆ lumen
amplius effundere non dedigneris, quo illustratus per devotissimos Studiorum Ju-
ridicorum labores eoque eniti valeam, ut vivere aliquando merear in sinu
ARCHI-EPISCOPALIS, ac ELECTORALIS PROTECTIONIS TUÆ,
ad cujus me nunc justissima capessenda, implendæque Imperia substerno totum,
sæpius aliè-fate

ARCHI-EPISCOPALIS EMINENTIÆ
AC
ELECTORALIS TUÆ CELSITUDINIS

Reverendissime, ac Clementissime
PRINCEPS, ac DOMINE

Humillimus obsequentissimus Subditus

J. J. KOERTEN.